Quelle: https://manuscripta.at/?ID=236
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Deus est ex substancia patris
ante secula genitus: et homo
ex substancia matris in se
culo natus. Perfectus deus.
perfectus homo: ex anima ro
nali et humana carne sub
sistens. Equalis patri secundum
divinitatem: minor patre
secundum humanitatem. Qui
licet deus sit et homo: non
duo tamen sed unus est xpistus.
Unus autem non conversi
one divinitatis in car
ne. sed assumpcione huma
nitatis in deum. Unus
omnino non confusione substancie.
sed unitate persone. Nam
sicut anima racionalis et
caro unus est homo. ita
deus et homo unus est xpistus.
Qui passus est pro salu
te nostra. descendit ad inferos.
resurrexit a mortuis. As
cendit ad celos: sedet ad
dextram dei patris omnipotentis.
Inde venturus: iudica
re vivos et mortuos. Ad
cuius adventum: omnes
homines resurgere habent
cum corporibus suis. Et
reddituri sunt de factis propriis
racionem. Et qui bona
egerunt ibunt in vitam
eternam: qui vero mala in
ignem eternum. Hec est
fides catholica: quam nisi
quisque fideliter firmiterque
crediderit: salvus esse
non poterit.
Kyrieleyson. Xpiste
leyson. Xpiste au
di nos. Salva
tor mundi adiuva nos.
Pater de celis deus mise
re nobis. Fili redemptor
mundi deus miserere no
bis. Spiritus sancte deus mis.
nobis. Sancta trinitas unus
deus miserere nobis.
Sancta Maria ora pro nobis.
Sancta dei genitrix. ora.
Sancta virgo virginum. ora.
Sancte Michahel. ora.
Sancte Gabriel. ora.